Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30486
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift



etate Aquarius tibias. Pisces plantas
pedum. ¶ Si quis aut scire voluit
in quo signo sit. et quantum distat a sole
luna. eius etate multiplicet et diuidet
per decem. et quod fuerint denarij. per tot signa
distat a sole. et quod remanserint unita
tes. per tot puncta sequenti signo pertransiuit

videtur eiusdem.

Incipit tractatus de fleubothomia
de venis et mensibus. Quid sit
fleubothomia Capitulum primum

Fleubothomia est vene recta incisio.
et sanguinis moderata effusio. et
est initium sanitatis. Quod mentem sincerat
memoriam prebet. Vesicam purgat. Cerebrum
temperat seu confortat. Medullam
calefacit. Auditum aperit. Lacrimas stringit.
Stomachum rectificat. et sic ei proficit.
Fastidium tollit. Digestionem
procurat ac adducit. Vocem clariorem